



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1786**

**VD18 90119355**

§. 24. Severius ejusdem Papæ mandatum contra eorumdem rituum prohibitorum fautores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

Sæc. XVIII. vestros in animarum salutem quæ præstatis-  
 A.C. 1739. tissimus vestræ vocationis est finis, præ-  
 ribus conseratis. Atque vobis, Venero-  
 biles Fratres, Dilecti Filii Apostolicam  
 Benedictionem peramanter imperimus. Da-  
 tum Romæ apud Sanctam Mariam Maye-  
 rem sub annulo Piscatoris die 24. Augu-  
 1734. Pontificatus nostri anno quinto.

## §. XXIV.

*Severius Clementis Papæ mandatum  
 contra eosdem Rituum prohibi-  
 torum fautores.*

Has Pontificis literas in præfatis Mis-  
 sionibus promulgatas, ab omni-  
 bus Missionariis subscriptas, & primum  
 nam inter eos concordiam fuisse relin-  
 tutam, summo Pontifici nuntiabatur.  
 Hic ingens inde conceperat gaudium,  
 quod tamen brevi evanuit; paulo post  
 enim fatalis nuntius quam citissime Sedi  
 Apostolicæ allatus est, quo comper-  
 tum, eosdem Missionarios, qui hæc-  
 tenus pertinaciter prohibitas superstitiones  
 propugnabant, Clementis Papæ  
 literis quidem subscripsisse, obfirmato  
 tamen animo propugnare, hosce ritus,  
 etsi sæpius damnati essent, aboleri non  
 posse, sed omnino permittendos reti-  
 nendosque: Tam inveteratæ pertinac-  
 iæ indignitas Optimi Patris senio &  
 labo-

laboribus oppressi & vix non moribundi Sæc. XVII.  
 animum intimo mærore confecit: quo A.C. 1739.

circa ut debitam Apostolicis jussis ob-  
 servantiam vindicaret, iteratas ad ha-  
 rum Regionum Episcopos & Missiona-  
 rios hoc anno die decima tertia Maij  
 literas dedit, eisque nuper decretorum  
 executionem, impositis etiam gravio-  
 ribus pœnis & juramento, demanda-  
 vit. Erant hæ literæ hujus tenoris:

*Venerabilibus Fratribus, ac dilectis  
 filiis Episcopis, & Apostolicis Missionariis  
 in Regnis Indiarum Orientalium Madu-  
 rensi, Mayssurenfi, Carnatensi.*

CLEMENS PAPA XII.

*Venerabiles Fratres, Dilecti Filii,  
 salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Concredita nobis Dominici gregis cura  
 continuo nos urget in id præcipue,  
 „& tota sollicitudine incumbere, ut ab  
 „his maxime, qui sortiti sunt partem  
 „Ministerii hujus, & in lucem gentium  
 „sunt missi, erga S. Sedem, ac Apo-  
 „stolica mandata filiale obsequium ex-  
 „hibeatur, atque Fidei dogmata, sa-  
 „crosque Ecclesiæ ritus & ipsi inteme-  
 „rate retineant, & alios edoceant, ut  
 „quos locorum immensa spatia a Petri  
 „Sede longe disjungunt, eos tamen  
 „Fides eadem in unitate spiritus & do-  
 „ctrinæ

Sæc. XVIII  
A. C. 1739

„ctrinæ conglutinet. Alias itaque per  
„similes literas nostras sub datum 24  
„Augusti 1734. incipientes: Compet  
„tum, exploratumque &c. Fratritates  
„vestras, omnesque Missionarios, et  
„majori, quo potuimus, paterno cha  
„ritatis affectu requisivimus, & de  
„ravimus, quam impense exoptaremus  
„ut qui in Regnis istis Christi fidei ve  
„ritatem agnoscentes convertuntur,  
„superstitiosos Gentilium ritus omnino  
„abjicerent, atque averfarentur, ne  
„habeantur & ipsi ad instar eorum, qui  
„cum Dominum colerent, diis quoque  
„serviebant juxta consuetudines Gen  
„tium: utque in re tanti momenti nulla  
„esset offendiculi occasio, auditis Theo  
„logorum, ac præsertim Venerabilium  
„Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina  
„lium per universam Christianam Rem  
„publicam Generalium Inquisitorum  
„suffragiis, plura, juxta dubia tunc  
„proposita, provide statuimus, & a  
„Missionariis observanda præscripsimus.  
„Quorum omnium in nos observantia  
„ac studium amplificandæ Fidei in cer  
„tâ spem nos erigunt, ut pari con  
„tentione, pro viribus obtemperare sa  
„tagant, nec ullus erit, qui detesta  
„bili indulgentia aliter fieri posse cogi  
„tet, & veluti infideles filii peccare eos  
„faciant peccatum magnum. Sane  
„etfi

„etſi hiſce mediis muneri noſtro ſatis-  
 „feciffe, ac ſine ſollicitudine eſſe ſua-  
 „derent, attamen rei momentum, a  
 „qua Fidei puritas, atque integritas  
 „pendet, nunquam hanc in nobis cu-  
 „ram delebit, niſi ad magnitudinem  
 „negotii opportuna ſemper compa-  
 „remus remedia. Quare Fraternitati-  
 „bus veſtris, & Miſſionariis omnibus,  
 „quibus prædictas noſtras literas direxi-  
 „mus, ſive Sæculares, ſive Regulares  
 „cujuscumque Religionis, Congrega-  
 „tionis, Inſtituti, Societatis etiam Jeſu,  
 „ſueritis, demandamus, & præcipi-  
 „mus, ut omnia, & ſingula, quæ in  
 „dictis noſtris literis continentur, in-  
 „tegre, exacte, ac inviolabiliter obser-  
 „vetis, atque ab eis, quorum cura ad  
 „vos ſpectat, remota penitus quavis  
 „aliter interpretandi poteſtate, ad a-  
 „muſſim observari faciatis, in virtute  
 „ſanctæ obedientiæ, ſub pœna ſuſpen-  
 „ſionis ab exercitio Pontificalium, in-  
 „terdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, & re-  
 „ſpective excommunicationis latæ ſen-  
 „tentiæ, a qua nemo veſtrum a quo-  
 „quam, præterquam a nobis, ſeu Ro-  
 „mano Pontifice pro tempore exiſtente,  
 „excepto tamen mortis articulo, ab-  
 „ſolvi poſſitis; & quoad Regulares in-  
 „ſuper privationis vocis activæ, & paſ-  
 „ſivæ etiam ipſo facto, & ſine ulla aliâ  
 „de-

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1739.

Sæc. XVIII „declaratione incurrendæ. Itidem fuit  
 A. C. 1739. „iisdem pœnis, & censuris pari auctoritate præcipimus, & mandamus, ut  
 „omnes, & singuli, qui ab hac sanctæ  
 „Sede, sive ab eorum respective Superioribus,  
 „Superioribus, ad ista Regna sacris obedi-  
 „entibus Missionibus missi eritis, statim  
 „ac de hisce literis nostris certiores facti  
 „fueritis, vel quavis alia denuntiatione  
 „de illis notitiam habueritis, juramentum præstetis,  
 „integre, exacte, & omnimode implere, quæ provide-  
 „nobis in iisdem literis constituta fuerint,  
 „runt, neque illis ulla in parte, quavis  
 „vis prætexu contraire. Illis etiam  
 „qui quodcumque hoc munus suscepturi erunt,  
 „mandamus, ac præcipimus sub iisdem omnibus  
 „censuris, & pœnis, ut nullo pacto audeant va-  
 „minimum actum explere, nisi antea præstiterint;  
 „terint; quin nec tanquam Presbyteri, Sæculares  
 „ab Ordinariis locorum deputati, seu veluti simplices  
 „Religiosi, vel quovis alio titulo, & nomine Christi-  
 „fidelium Confessiones excipere, confessiones habere,  
 „aut Sacramenta ministrare, sed omni prorsus careant potestate,  
 „derogando quibusvis privilegiis, sibi ipsis, aut  
 „vestræ respective Religionis, Ordini, Congregationi, &  
 „Societati etiam Jesu, specialiter, aut generaliter.

„generaliter a nobis, & a Prædeceſſo-  
 „ribus Noſtris quacumque ex cauſſa  
 „conceſſis. Juramenta prædicta Sæ-  
 „culares Miſſionarios coram locorum  
 „ordinariis, Regulares coram Superio-  
 „ribus, vel Apoſtolicis Vicariis præ-  
 „ſtare demandamus, Vicarios vero  
 „ipſos, & Superiores in manibus Epi-  
 „ſcoporum. Nec eadem tantum verbo  
 „proferre, ſed ſcripto juxta formam per  
 „Nos præſcriptam, & infra adnotan-  
 „dam, aut propria manu ſubſignare  
 „teneamini ſub iisdem cenſuris, &  
 „pœnis. Hoc etiam iuramentum præ-  
 „ſtandum fore mandamus, ac requiri-  
 „mus ab illis, qui ad Epiſcopale mu-  
 „nus ab hac ſancta Sede promoveri  
 „meruerint, vel ipſomet die, quo in  
 „manibus Epiſcoporum ſolemne e-  
 „miſſuri erunt fidei profeſſionem, vel  
 „in actu eorum conſecrationis. Quorum  
 „juramentorum ſubſignata exemplaria,  
 „relictæ iſthic in Archivis authentica  
 „copia ad Congregationem de Propa-  
 „ganda fide, per Epiſcopos, & Supe-  
 „riores Regulares reſpective transmitti  
 „volumus, a qua ad illam S. Officii  
 „remittantur, ut ſint obſequii erga Nos,  
 „noſtrasque juſſiones, puritatis, inte-  
 „gritatisque fidei veſtræ monumenta.  
 „Ne vero tam literarum noſtrarum ſub  
 „prædicta die 24 Auguſti 1734. quam

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1739.

Gg 2

„præ-

Sæc. XVIII.  
A.C. 1739.

„præsentium ullus ignorantiam alle-  
„gare valeat; hortamur Fratemitates  
„vestras, ac in Domino obtestamur, ut  
„quo primum illas atque præsentis re-  
„ceperitis, statim publicare faciatis, ac  
„ad singulos Missionarios, sive Sæco-  
„lares, sive Regulares fuerint, sub re-  
„stra respectivè jurisdictione degentes  
„easdem transmittatis. Hoc ipsum  
„præcipimus Apostolicis Vicariis, aliis-  
„que Regularium Superioribus. Con-  
„trafacientes, vel negligentes declara-  
„mus incurrere ipso facto poenam su-  
„spensionis ab exercitio Pontificalium,  
„& interdicti ab ingressu Ecclesiæ; Re-  
„gulares autem excommunicationis  
„latæ sententiæ, privationis officiorum  
„& vocis activæ, & passivæ.,

Juramenti autem, quod Missionarii  
præstare tenerentur formula erat hæc:

*Ego N. Ordinis N. seu Societatis N. Missionarius ad Regnum N. vel ad Provin-  
ciam N. in Indiis Orientalibus a Sede Apo-  
stolica, vel a meis Superioribus, juxta for-  
cultates ei a Sede Apostolica concessas missus,  
vel destinatus, parendo præcepto Sanctissimi  
Domini Nostri Papæ Clementis XII. per  
litteras Apostolicas in forma Brevis datis  
die 13. Maij Anno 1739. injuncto omnibus  
Missionariis in dictis Missionibus, præstanti  
juramentum fideliter servandi dispositionem  
Apostolicam circa Ritus Malabaricos ad  
for-*

formam literarum Apostolicarum in forma Sæc. XVIII.  
 Brevis ejusdem Sanctissimi Domini Nostri A. C. 1739.  
 die 24. Augusti 1734 incipientis Comper-  
 tum, exploratumque, mihi per integram  
 ejusdem Brevis lectionem optime noto, pro-  
 mitto, me plene, & fideliter pariturum,  
 illudque exacte, integre, absolute, & in-  
 violabiliter observaturum, & absque ulla  
 tergiversatione adimpleturum necnon ad for-  
 mam dicti Brevis instructurum Christianos  
 mihi commissos tam in concionibus, quam  
 in privatis instructionibus, ac præsertim  
 Catechumenos, antequam baptizentur; &  
 nisi promittant observantiam dicti Brevis,  
 ejusque dispositionum, & prohibitionum,  
 me ipsos non baptizaturum; prout quoque  
 curaturum omni studio, quo poterò, ac  
 omni diligentia, ut sublatis gentium cære-  
 moniis, illi a Christianis suscipiantur, &  
 retineantur ritus, quos Catholica Ecclesia  
 pie præscripsit. Si autem (quod Deus a-  
 vertat) in toto, vel in parte contravene-  
 rim, toties pœnis a Sanctissimo Domino  
 nostro impositis in Decreto seu literis Apo-  
 stolicis, ut supra, super præstatione hujus  
 juramenti, mihi pariter per integram lectu-  
 ram notis, me subiectum agnosco, & de-  
 clarò. Ita tactis SS. Evangeliiis promit-  
 to, voveo, & juro. Sic me Deus adju-  
 vet, & hæc SS. Dei Evangelia.

Ego N. manu propria.

Gg 3

Ja-

Sæc. XVIII.  
A.C. 1739.

Juramenti vero ab Episcopis præstandi formula erat sequens:

Ego N. Episcopus Civitatis N. memini juramenti a me præstiti in actu meæ solennis Consecrationis, quo Romano Pontifici eodem, subjectionem & obedientiam promissum insuper eorum, quæ provide sanctus Clemens XII. Pontifex Maximus circa ritus Malabaricos in literis Apostolicis in forma Brevis, Episcopis, & Missionariis usque sub die 24. Augusti 1734. transmissis, parendo mandatis Sanctitatis suæ per alias similes Literas die 13. Maij 1739. iniunctis, ut in argumentum meæ erga Sedem Apostolicam obedientiæ, non minus quam filialis obsequii me jurisjurandi religione obstringam, juro, & promitto, me plene, & fideliter easdem literas Apostolicas sub die 24. Augusti 1734. executurum, atque ea, quæ in illis præscripta sunt, exacte, integre, absolute, ac inviolabiliter observaturum, curaturum pariter, quantum in me erit, ut ii omnes, qui mea in Diocesi Missionarii, & Sacerdotes sunt, vel futuri erunt, illas eodem prorsus modo in omnibus servent, atque exequantur, & contra inobedientes, si qui fuerint, me processurus ad formam Brevis sub die 13. Maij 1739. ut tandem sublatis gentium ceremoniis, illa a Christianis recipiantur ritus, quos Catholica Ecclesia pie præscripsit, ac jugiter servat. Utque de hac mea voluntate, juramento

mento, filialique obsequio erga Romanum Pontificem, ejusque mandata perenne existat monumentum, propria manu me subscribo.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.

Ego N. Episcopus N.

Præscriptis hisce juramenti formulis Pontifex suas literas hunc in modum absolvit.

„Ceterum etsi magna Nobis spes sit,  
„Fraternitates Vestras, & Missionarios  
„omnes nostras voces, & monita excipere diligenter, ac filiali obsequio  
„exequi, curam insuper sollicitudinemque plurimam gerere, ut tam orthodoxæ Religionis puritati, integritati,  
„que, quam gentium saluti adjumento sitis, omnesque in hanc unicam rem,  
„maximam utique, labores, sudoresque conferre, ut tandem, qui Christi  
„amplectuntur fidem, supersticiosos aversentur ritus, eosque tantum suscipiant, & retineant, quos Catholica  
„Ecclesia pie præscripsit, ac jugiter servat, attamen pro Pastoralis Officii debito, ac Paternæ caritatis stimulo,  
„iterum, iterumque commonere non desistimus; ne a Pastorum Principe  
„in custodia gregis sui minus vigilasse dijudicemur: & Vobis interim in auspiciis bonorum omnium Apostolicam  
„Benedictionem impertimur. Datum

Gg 4

„Re-

Sæc. XVIII. „Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
 „A. C. 1739. „Annulo Piscatoris die 13. Maij 1739  
 „Pontificatus Nostri anno nono.

Eadem adhuc die & anno Clemens  
 Papa, ut suum dolorem ob nondum  
 receptam notitiam de præstita Aposto-  
 licis mandatis obedientia testaretur,  
 ad præfatos Missionum Episcopos spe-  
 cialiter hæc perscripsit.

„Continere Labia nostra non possi-  
 „mus, quin vos Venerabiles Fratres,  
 „Apostolica voce iterum alloquamur:  
 „moleste Nos, imo graviter ferre, us-  
 „que adhuc certam denunciationem  
 „minime accepisse, qui tandem exitus  
 „contigerit nostris literis, quas die 24.  
 „Augusti 1734. Vobis, & Missionariis  
 „isthic commorantibus dedimus. Sane  
 „taciturnitas hæc curarum & angustiarum  
 „nostro paterno erga vos amoris causa  
 „est, tum & maxime quia incertæ li-  
 „cet, sparsæ hic sunt voces, easdem  
 „nostras Literas, & Decreta in publi-  
 „cum ab omnibus minime posita fuisse,  
 „nec exacte, prout oportet adimpleri;  
 „quin non deesse aliquos, qui diversa  
 „opinantes, ac loquentes, adducunt  
 „discipulos post se. Quare primum  
 „Fraternitates vestras ex animo requi-  
 „rimus, ut quomodo isthic res se habeat,  
 „quamprimum renunciatis, ne longior  
 „traditas acerbiores Nobis afferat mo-  
 „lestiam

„lestiam; deinde firma spe ducimur, Sæc. XVIII.  
 „zelo Dei vos impellente in doctrina A. C. 1739.  
 „sana nobiscum exurgere in eos, qui  
 „contradicunt, ut memores officii, cui  
 „se addixerunt, sedulo caveant, ac di-  
 „ligenter prospiciant, ne culpa eorum,  
 „gentes istæ sint timentes Dominum,  
 „sed nihilominus & idolis suis servien-  
 „tes. Hac de caussa alteras misimus  
 „Literas Fraternitatibus vestris, atque  
 „Missionariis, quibus gravioribus sub  
 „pœnis demandamus, ut nostræ vo-  
 „luntatis sensibus, & Decretis obe-  
 „diant, & opere compleant. Ne vero,  
 „ut hætenus, unus alterum incuset,  
 „& Nos, qui licet præsentibus isthic spi-  
 „ritu, corpore tamen absentes, suspen-  
 „sos incerti nuncii diu retineant, jura-  
 „mentum ab unoquoque ex Missionariis  
 „propria manu subsignandum, expe-  
 „tere duximus, quo quisque profitea-  
 „tur nostris jussionibus promptam, at-  
 „que exactam præstare obedientiam,  
 „prout latius in iisdem literis contine-  
 „tur. Hoc etsi tuto Nobis polliceamur  
 „pro omnium pietate, & religione, at-  
 „tamen plurimum collatura erit Frater-  
 „nitatum vestrarum exempli autho-  
 „ritas, quoties idem jurisjurandi sacra-  
 „mentum, in certum erga S. Sedem,  
 „& in Nos obsequii vestri testimonium  
 „præstitisse, atque Nobis misisse, vos

Sæc. XVIII. „intelligent, prout in Domino etiam  
 A. C. 1739. „atque etiam obtestamur. Porro hanc

„unam esse detegendæ veritatis viam  
 „unum præsidium ad obstruendum ob  
 „loquentium iniqua, vosmet facile co  
 „gnoscere non dubitamus: quare Pon  
 „tificiam voluntatem, ceteroquin in  
 „vos propensam, magis, magisque vo  
 „bis devinctis, si industriæ, cogita  
 „tioni, studio denique vestro vim ad  
 „dactis exemplo, nec sane veremur,  
 „quin eam reverentiam, quam, fusc  
 „pientes Episcopale munus, huic S.  
 „Sedi, & Apostolicis mandatis spopon  
 „distis, hac tamen opportuna occasione  
 „explicaturi luculentius eritis, ut quos  
 „ad juramentum proferendum vos ad  
 „digere constringimus, ex facto etiam  
 „vestro obedire præceptis nostris ar  
 „ctius impellantur, ac vobis Venera  
 „biles Fratres in perpetuum amoris  
 „nostri pignus Apostolicam Benedictio  
 „nem peramanter impertimur. Datum  
 „Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
 „annulo Piscatoris die 13. Maij 1739.

Quoniam vero Apostolicæ Sedi re  
 latum fuisset quosdam Missionarios, ad  
 hucdum prohibitis ritibus addictos obe  
 dientiam detrectare, hinc Pontifex Ge  
 neralis eorum Superiores sub poena  
 suspensionis, privationis vocis activæ &  
 passivæ, aliisque gravioribus poenis,  
 nec,

necnon sub formali præcepto juridice Sæc. XVIII.  
A. C. 1739.  
indicto adstrinxit, ut hisce Missionariis  
literarum nuper a Papa editarum exem-  
pla transmittant, eas publicari & in-  
violabiliter observari præcipiant, re-  
luctantes solemnî præcepto in Europam  
remittant, & intra triennii terminum  
authenticis documentis Sedem Apo-  
stolicam de plena & integra decreto-  
rum observantia edoceant, necnon ju-  
ramenti præstiti exempla proprio unius  
cujusque Missionarii chirographo mu-  
nita Sedi Apostolicæ exhibeant: Quis  
vero inde fructus fuerit collectus, Be-  
nedictus XIV. in sua Constitutione an-  
no 1744. die duodecima Septembris e-  
dita quæ incipit: *Omniùm sollicitudinem*  
retulit, ut suo loco memorabitur.

§. XXV.

*Missio Apostolica a Stanislao Lotha-  
ringiæ Duce fundata.*

Postquam Stanislaus Lescinskyus o-  
lim in Poloniæ Regem electus,  
nunc vero urgente Ludovico XV. Gal-  
liarum Rege ejus Socero, vi pacis  
Viennensis Anno 1736. die 28. Augusti  
initæ Lotharingiæ & Barri Ducatum  
obtinuerat, Anno sequenti Versaliis  
Lunevillam profectus illius possessionem  
adiit. Primas eo curas convertit, ut  
sub-